Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25884
Copyright: Admont, Benediktinerstift



123

celum et coram te: et iam non
sum dignus uocari filius tuus.
fac me sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens uenit ad
patrem suum. Cum autem adhuc
longe esset: uidit illum pater
ipsius. et mota mouisse. Et occurrens cecidit super collum eius. et osculatus est eum. Dixit ei filius.
Pater peccauimus in celum et coram te:
iam non sum dignus uocari filius
tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam
primam et induite illum. et date
anulum in manu eius. et calceamenta in pedes eius. et adducite
uitulum saginatum et occidite. et
manducemus. et epulemur. quia hic
filius meus mortuus fuerat et
reuixit. perierat et inuentus est.
Et ceperunt epulari. Erat autem
filius eius senior in agro. Et cum ueniret et appropinquaret domui.
audiuit simphoniam et chorum.
et uocauit unum de seruis. et
interrogauit que hec essent.
Ipse autem dixit illi. Frater tuus
uenit. et occidit pater tuus uitulum saginatum. quia saluum illum
recepit. Indignatus est autem. et
nolebat introire: Pater ergo illius
egressus cepit rogare illum.
At ille respondens dixit patri
suo. Ecce tot annis seruio tibi.
et nunquam mandatum tuum preteriui. et nunquam dedisti michi
hedum. ut cum amicis meis epularer: Sed postquam filius tuus
hic qui deuorauit substantiam
suam cum meretricibus uenit. occidisti illi uitulum saginatum.
At ipse dixit illi. Fili tu semper
mecum es. et omnia mea tua sunt.
Epulari autem et gaudere oportebat. quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit. perierat
et inuentus est. Item idem
quindecim similis
parabolis in hac tercia ostendit. sunt scandalizentur pusillos. et minores. secundum superbia et iniuriam maiores
inuidentium iustorum. inuitans ad penitentiam et polliceri se uenie penitentibus. ut nullus de spe uenie
diffidat si penituerit exemplo filii prodigi. petri latronis. oratie egiptiace. sed omnium dicentis se fuisse